



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam  
Consummatissimi, Consilarii Electoralis & Professoris  
Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis  
Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...**

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice  
locupletissimo instructum

De beneficiis ecclesiasticis

**Corvinus van Beldern, Arnold**

**Francofurti ad Moenum, 1708**

**VD18 10184902**

Liber X.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62028)

# LIBER DECIMUS.

## TITULUS I.

### De Actionibus & judiciis in causis Beneficiorum.

#### SUMMARI A.

- |  |   |
|--|---|
| 1. <i>Lites Beneficiorum ferè sunt infinitæ.</i>   | 7. <i>Simplex Citatio an interrumpat præscriptionem.</i>          |
| 2. <i>Pertinent aut ad proprietatem, aut ad possessionem.</i>  | 8. <i>Lis per quales pendeat modos.</i>                           |
| 3. <i>Controvertitur etiam, an Beneficium sit litigiosum an pacificum. Controversia habens effectus magnos: Et quales.</i> | 9. <i>Quoad Actorem pendet per nudum Citationis decretum.</i>     |
| 4. <i>Pacificè quis possideat Beneficium.</i>  | 10. <i>Plus requiritur, ut quis dicatur Possessor pacificus.</i>  |
| 5. <i>Litigiosum Beneficium quid.</i>  | 11. <i>Litigiosi vitium, collitigantem, non tertium, afficit.</i> |
| 6. <i>Litis pendentiam que faciunt.</i>  | 12. <i>Quis dicatur esse in lite.</i>                             |
|  | 13. <i>Litis contestatio quid.</i>                                |
|  | [Xxx] 2   |
|  | 14. <i>Fit</i>  |

14. Fit & per negationem iudicialem.
15. Omnis de beneficio controversia, aut de possessore est, aut de petitorio.
16. Movet Utramq, præsupponens se habere Titulum.
17. Aliquando & agitur petitorio de rebus ad Titulum pertinentibus: quod non huius loci.
18. Potest & de proprietate & possessione simul agi.
19. Solet prius agi de possessione.
20. De ea, & Civili & Canonico jure, tria trahuntur Interdicta.
21. Interdicto adipiscenda possessionis quis experitur.
22. Possessione nullus sine causa cognitione privandus.
23. Qua in re illa cognitio consistat.
24. Quis iudex de eo Interdicto cognoscat.
25. Interdicto recuperanda possessionis quaritur prius de spoliatione, quam Titulo. Et cur?
26. Quid si Spoliator careat Titulo.
27. In Interdicto retinenda possessionis; causa possessionis, & hoc jure, peragitur.
28. Recredienti cui adjudicentur.
29. Titulus Canonicus quis.



Ostrema pars tractationis Beneficiorum consistit in controversiis seu *litibus* eorum.

Ex ratione cupiditatis, ambitionis & fraudum, ferè sunt infinita. *vid. Clem. 2. de iudic.*

In iis vult Papa Clemens V. *d. Clem. 2. procedi de plano*, & sine strepitu ac figura iudicii; Quid autem  
hæc

Corvinus  
De Personis  
et Benefic. Ecclesiast.

G IV  
32

hæc verba sibi velint, explicat *Clem. saepe contingit. de verbor. signific.*

Simpliciter super Beneficiis introducta, & ad titulum seu proprietatem pertinet & ad possessionem: ut not. *Cassiodor. d. decis. 9. num. 3.* etiam si sint motæ super iactationibus, & molestationibus, modo hæc narrentur super beneficiis ipsis, contra si tantum super possessionibus earum, quia casu isto solæ possessiones essent litigiosæ; perinde ac si de iis fuissent introductæ expressè; & tum ad beneficii proprietates non extenderentur lites. *Cassiodor. d. decis. num. 8. & decis. 4. num. 1. Petr. Gregor. de benefic. cap. 40. num. 2.*

Cum in Beneficiorum tractatum saepe incidat quæstio, num beneficium sit litigiosum: quomodo hoc discernatur à pacifico, de ea, antequam penitus ingrediamur intentionem nostram, videndum iudico; maximè cum ex ea effectus & utilitates colligantur plures.

Nempe; Beneficium per triennium pacificè possessum, nec in petitorio, nec in possessorio, potest controverti: per *Regul. Cancellaria. 33. confirmat. ex Sanct. Pragmat. & Concordat. Galliar. & Summi Pontificis tit. de Pacific. possessorib. juxta c. 1. de prescription. ut & dicitur infra.* Pendente lite de beneficio; si ex duobus electis litigantibus renuntiet aut moriatur, vel excludatur, alter; lite cum colligante superstitite non finitâ, procedi non potest ad electionem vel præsentationem alterius. *c. 1. & 2. ut lite pend. nihil innovet.* Provisus de beneficio animarum curam habente; sed litigioso; non tenetur se promovere ad Sacerdotium intra annum, sed tantum à tempore pacificæ possessionis: *c. commissæ. c. liter canon. de elect. in 6. vid. Rebuff. de pacific. possess. num. 167.* Litigiosum Beneficium, cum pendente lite, alterutro litigantium vivente, non sit conferendum, non tenetur acceptare Mandatarius; *d. c. fin. ut lite pend. in 6. Clem. 1. eod. Regula. Cancellar. 27. Rebuff. ad §. declarantes. ad verb. comprehensa. de mandat. Eccles. in Concordat. Rota decis. 582. incip. utrum. c. si hi. in anqu.*

Beneficium pacificè possidere dicitur, cui, nec in iudicio, nec extra, movetur quæstio juris vel facti. *Gloss. & Doct. in Clement. gratia. de rescript. Rota decis. 61. sufficit in novis fac. c. cum olim. 7. de dolo & conum. & ibi pacifica possessione gaudere. c. ex parte. 7. de testib.*

*Litigiosum, sec. Gloss. in c. 1. ad verb. litigantibus. Ut lite pendent.*

*nihil. innov. in 6.* dicitur, de cuius dominio vertitur quæstio inter petentem & possessorem judiciaria contentione vel precibus Principi aut judici oblati; & per eum Reo futuro cognitio. *Auth. litigiosa. Cod. de litigios. vid. Clem. 2. & ibi Gloss. Imol. Zabarell. Ut lite pend. &c.*

Verum est, iudicium quidem cœptum dicitur, (quod ad perpetuandam jurisdictionem Judicis vocatione in jus; *c. gratum. 20. de offic. & potest. jud. delig.* Litigiosa tamen res non dicitur proprie, nisi litis facta sit pendentia.

6. Eam faciunt sex: 1. Citatio: 2. Emanata à iudice competente: 3. Ea ad citatum pervenerit; vel quominus, per eum steterit: 4. De qua re futura sit controversia ex tenore ejus perceperit: 5. Ea litigiosa: 6. Nuncius eam legitime & sufficienter insinuaverit. *Clem. cum litem junct. Glossa & Zabarella in verb. plenè. Ut lite pend. &c. Papa decis. 48.*
7. Non tamen simplex Citatio interrumpat præscriptionem; sed si sit cognita & per eam Reus instructus de causa propter quam citatur. *Guid. Papa decis. 416. num. 2. & sic intell. l. sicut omnes. l. cum non sumus. Cod. de præscript. 30. vel 40. annor. & Idem Papa decis. 488. num. 9.* Et sic secundum fines diversos potest lis pendere, & non pendere.
8. Pendere enim potest. Per 1. Libelli oblationem: *l. c. Cod. ut lite pend. nih. innov.* 2. Appellationem: *tot. tit. ff. Nihil novari appellat. pendente.* 3. Factam superiori relationem & consultationem: 4. Judicis recusationem: *c. secundò requiris. c. cum speciali. de appellat. l. apertissimi. Cod. de judic.* 5. In integrum restitutionem: *tit. Cod. In integr. restit. postul. ne quid novi fiat.* 6. Libelli porrectionem Principi factam: *l. 1. & 2. Cod. Quando libell. Princ. oblat. lit. contest. fac.* 7. Judicis impetrationem: *c. suggestum de judic. c. causam. de restit. Cardin. ad Clem. 2. ut lite pend. nih. innov.* 8. Causæ commissionem: *Cardin. d. loco.*
9. Beneficium etiam, sed quoad Actorem tantum, sit litigiosum per nudum Citationis decretum, licet ejus non facta Executio. Certus enim non est amplius certiorandus. *c. eum qui certus. de regul. jur. in 6. c. nò excommunicato. de rescript. l. 1. §. fin. ff. de act. empti.*
10. At, ut quis dicatur Possessor pacificus, requiritur ut ad citationis executionem, jurisque sui in iudicio exhibitionem ac terminorum omnium

Corvinus  
De Personis  
et Benef. Ecclesiasticis

G IV.  
32

omnium observationem fuerit processum. §. *his autem. in hoc casu. tit. de pacific. possess. in Pragm. Sanct. & ibi Rebuff.*

Vitium litigiosi partem collitigantem afficit, non autem tertium I  
qui non est in lite. *Rota decis. 3. ut lite pend. in Novis. Gloss. in l. creditor. ad verb. posse in fin. ff. Mandati. Felin. ad c. exceptio. vers. quinsò fallit. de except. Gomes ad Reg. de trien. possess. qu. 41.*

In lite ipse dicitur qui litem est contestatus: *c. super questionem. 12 §. intentionis. de offic. deleg. nec enim ante Litis contestationem proprie dicitur lis mota, c. ex parte. 2. de verb. signific. neque ante quis dicitur petere, sed magis velle petere: l. amplius non. 15. ff. rem ratam haberi.*

Est autem *Litis contestatio*, petitio proposita in iudicio, cum re- I 3  
sponcione rei sequente. *c. 1. & 2. de litis contestat. l. 1. Cod. eod. c. dudum. in 2. de election.*

Fit etiam per conventi negationem iudicalem. *Auth. offeratur. 14 Cod. de litis contestat. & ibi Baldus.*

Omnis ut dictum, in beneficio controversia est aut de *posse- 15*  
rio aut petitorio.

Utramque movet is qui præsупponit sibi jus esse in beneficio, I 6  
& ratione collationis habere *titulum*. Nam per Collationem Canonicam, etiam sine traditione tribuitur Jus in Beneficio. *c. execrabilis. §. porrò. ibi: Dummodo in eo ex collatione Canonica competat jus & c. de prabend. in 6. c. quorundam & c. accedens eod.*

Quare Beneficiatis, quamvis Ecclesiarum ipsarum, vel bonorum earum non sint Domini, sed potius Usuarii & Administratores; cum tamen loco Dominorum habeantur: *c. cum venerabilis. 6. de exception. datur actio in rem adversus eum qui beneficium possidet, aut detinet; Singulare enim est in Beneficiis, ut per Collationem canonicam etiam sine traditione jus tribuatur in Beneficio. d. c. execrabilis. §. porrò. & ibi Gloss. verb. competat. per Compostellan. ad c. cum Martinus. de Consir.*

Agitur & aliquando de proprietate Ecclesiarum inter Beneficia- I 7  
tos, licet controversia non respiciat, eorum titulum, sed res ad eum pertinentes. *c. 2. ut litè non contestata, & c. ut quia dicitur una alteri subiecta, aut instituaturs controversia de decimis, aliisve juribus Ecclesiarum.*

*c. di-*

*c. dilecti. 8. c. suggestum. 9. c. cum contingat. 20. de decim. c. ult. de iudic. Clem. 2. eod. c. ex literis. de dolo & contum.* Quae controversiae ad hunc locum non pertinent: ubi tractamus tantum ea quae pertinent ad lites super Beneficiorum iure.

18 Certum ergo est, omnem litem super beneficio esse vel de possessione, vel de proprietate Beneficii, vel de utroque. Nam utrumque simul conjungi & una sententia terminari potest. *c. 2. c. cum dilectus. 6. de caus. possess. & propriet. Clem. un. eod.*

19 Frequentius tamen est, ut agatur prius de possessione; & lis incipiat de beneficio à possessorio; in quo & sequitur, controversia de proprietate seu iure tituli. Quia in beneficialibus causis defendi oportet possessionem aliquo colore tituli; cum sine institutione canonica teneri non possit beneficium. *c. beneficium. de rez. iur. in 6. c. ad decimas. de restit. spoliator. in 6.* idque ne vitiosus deur ad beneficia ingressus. *c. unde eo qui mittit. in possess. causa rei serv. in 6.*

20 De possessione, ut de iure Civili tria redduntur Interdicta; appellata, adipiscenda, recuperanda & retinenda possessionis: §. sequens divisio. 2. Instit. de Interdict. sic & de iure Canonico. Vel enim illud agitur, ut adipiscamur beneficium possessionem, vel ut recuperemus eam, vel ut retineamus.

21 Interdicto adipiscenda possessionis in beneficiis agit Is qui beneficium habet titulum, alio possessioni eius incumbente. In quam novus Titularius induci non potest, nisi possessore coram Iudice vocato ad relinquendam occupatam detentionem: *c. licet Episcopus. 28. de prabend. & dignit. in 6.*

22 Quippe qui ex aliquo titulo, licet injusto possidet, possessione sua sine causa cognitione privari nec debet. *can. volumus. 16. quasi. 4. & sic intell. c. in literis. de restit. spoliator. c. 2. d. caus. possess. & propriet. c. cum nostris. de concess. prabend.* Præsumptio enim iuxta detentionis est pro possessore, donec contrarium probetur. *l. fin. Cod. de rei vindic. l. qui nec accusare. Cod. de edendo. l. si ve possideris. Cod. de probation.*

23 Dicta causa cognitio consistit in discussione collationis petentis; num sit canonica, & an detentio possessoris sit injusta. *Archiepiscopus.*

CORVINUS  
De Personis  
et Benef. Ecclesiast.

G IV.  
32

con. ad c. olim. de rescript. & Joan. Andreas ad c. cum nostris. sup. Gloss.  
2. de concess. prebend.

Hinc Interdictum adipiscendae possessionis Beneficiorum, plus<sup>24</sup>  
dicitur habere petitorii, quam possessorii; ac proinde de eo non co-  
gnoscit Judex, qui tantum cognoscere potest de beneficiorum pos-  
sessione, & non de proprietate: Guido Papa decis. 1. num. 3. Datus  
de benefic. sect. 12. de action. & Judic. in causis Benefic. vers. de possessione,  
ut & dictum infra.

Interdicto recuperandae possessionis; prius de spoliatione quarti<sup>25</sup>  
tur, quam de titulo: Nam si habens canonicum titulum, alio possi-  
dente, possessionem nanciscatur auctoritate propria, jus quod habet  
amittit, tanquam intrusus; c. cum qui. de prebend. & dignit. in 6. &  
fit possessor violentus & illegitimus; l. extat enim. 13. ff. quod metus  
caussa. l. pen. ff. ad Leg. Jul. de vi priv. l. si quis in tantam. 7. Cod. Unde  
vi. potestque adversarius, (cum possessio in pari causa det jus tituli;  
c. si à Sede. 31. de prebend. & dignit. in 6.) dicto recuperandae posses-  
sionis Interdicto uti tanquam spoliatus; c. in literis. & tot. tit. de re-  
stit. spoliator. Spoliatum autem ante omnia restituendum constat;  
Clem. un. de causa possess. & propriet. can. 1. & 2. can. redintegrandae.  
cum seq. 3. quest. 1.

Quod si violentus possessor & spoliator careat titulo ullo, quam<sup>26</sup>  
vis ideò, ut not. Dominic. ad c. cum qui. in 2. notab. de prebend. in 6. non  
possit dici intrusus; attamen, tanquam violentus, per possessionem  
illam; nisi vitium violentiae prius fuerit purgatum; §. aliquando In-  
stit. de usucap. non poterit praescribere. l. sequitur. 4. §. quod autem. 6.  
ff. §. furtiva. Inst. eod. Cum improba possessio privet omni juris be-  
neficio. l. improba. 7. Cod. ff. de acquir. vel amitt. possess.

In Interdicto retinendae possessionis, quemadmodum Jure Civili<sup>27</sup>  
Praetor tuetur eum cujus jus in possessione est potentius, ut postea qua-  
ratur de proprietate; t. 1. §. hoc Interdictum. & l. 2. ff. de Interdict. sic  
de Jure Canonico fit in Beneficiis, ut causa prius possessionis pera-  
gatur, quam ad iudicium proprietatis deveniatur. c. fin. de judic. nisi,  
ut diximus, copulare velit Judex utrumque. c. 2. & c. cum dilectus. de  
causs. possess. & propriet.

[Yyy]

In con-



28 In contentione porro beneficii super possessione ad iudicantur *Vindicia* seu *Recredentia*, quam vocant, ei qui prima facie videtur habere titulum magis apparentem & magis clarum. *l. fin. Cod. de Edict. D. Adriani toll. not. in c. licet. de probat. d. c. cum venissent. de in integr. restit. c. ex insinuatione. de procurat. c. in literis. de restit. spoliat. Guido Papa. decis. 85. falsitatis objectæ probationibus suspensis; aut de aliis questionibus longiorem indaginem requirentibus, que in pleno examinantur possessorio. *Massuer. in praxi tit. de possessorio. vers. item si altera. Rebuff. in praxi benefic. tit. de sentent. executor. art. 1. Petr. Gregor. d. loc. num. 18. Davis. d. loco vers. siue autem.**

*Titulus autem Canonicus* est quilibet modus obtinendi Beneficia à jure approbatus. De quibus supra & *Rebuff. tract. de pacif. poss. num. 53. cum. seqq.*

## TITULUS II.

## De Sequestratione Beneficiorum.

## SUMMARIUM.

1. Beneficia quando sequestranda.
2. Quibus casibus.
3. Sequester debet esse Ecclesiasticus.
4. Sequestrium violantis que pena.
5. Durante sequestro si moriatur ex litigantibus unus, quid debeat facere superstes.
6. Quid si aliqui ad defensionem Litis se petant admitti.

**Q**uod si in controversia Beneficii non ita liqueat de alterutrius ex litigantibus titulo; sequestrare debent Judices Beneficium vel fructus ejus: Possunt enim & separantur fructus, vel fructus & beneficium ipsum sequestrari. *Clem. 1. & ibi Gloss. ad verb. beneficium. de sequestr. poss. & fruct.*

Corvinus  
De Personis  
et Benefic. Ecclesiast.

G IV.  
32

*Sequestrationi* locus est in quaestionibus de beneficiis multis in ca-  
 sibus: Veluti; Si condemnatus fuerit possessor ad relinquendam be-  
 neficii possessionem quam non tenuit per triennium; & ipse ab ea sen-  
 tentia appellaverit; *d. Clem. un.* maxime si ab eo dissipentur fructus:  
*c. pen. & ult. cod.* Si metus sit, ut possessor dilapidaturus sit fructus: *d. c.*  
*pen. & ult. l. Imperatores. 21. §. fin. ff. de appellat.* Insuper cum possessor  
 est contumax: *c. 1. de caus. poss. & propr. c. ex literis. de dolo & contum. c.*  
*un. de eo qui mittit. in posses. in 6.* Quotiens est metus de violentia, vel  
 scandalo, nec alio modo sufficienter caveri potest; *arg. c. ex transmis-*  
*sa. & c. literas. de restit. spoliat.* Quanquam in aliis regulare satisfatio-  
 nis remedium contra sequestrationem fuerit introductum. *c. 2. de se-*  
*questr. possess. l. fin. Cod. de ordine cognit.*

Quemadmodum & alioqui regulare est; neminem lite pendente  
 removeri de possessione, nec eam possessori adimi, ut sequestratur.  
*can. volumus. 16. quest. 4. can. nonne. 8. quest. 4. c. 1. de sequestr. possess. l.*  
*un. Cod. de prohib. sequestr. pecun. l. 2. Cod. de probat. tot. tit. Ut lite pen-*  
*dente nihil innov.*

Beneficiorum sequester debet esse Ecclesiasticus. *c. 2. de atate*  
*& qualit. ordin.* jura enim beneficii & beneficiati exercere debet: *Colof.*  
*ad Clem. un. in verb. beneficium. & ad c. examinata. de judic. fructuum*  
 potest esse Laicus. *Petr. Gregor. de Benefic. cap. 40. num. 24.*

Sequestrum Beneficii decretum violans ipso facto incurrit ex-  
 communicationem: & si sit ex litigantibus, cadit jure suo. *d. Clem.*  
*un. §. fin. c. eam qui. de prebend. in Petr. Gregor. d. loco & num.*

Sequestrato Beneficio, si forte alter ex litigantibus moriatur,  
 superstes, qui jus suum persequitur, curabit celeriter, productis suis  
 titulis, sibi plenum adjudicari possessorium & manum levare; ut dicunt:  
 Nam beneficium sequestratum, sub manu seu potestate judicis est po-  
 situm: Hanc manum petit amoveri litigans superstes. Et hoc ratio-  
 nibus juris est consonans: Siquidem *ex Clem. 1. ut lite pendente nihil*  
*innov.* mortuo vel renunciante uno ex litigantibus, cum altero lis  
 coepta est decidenda, antequam conferri possit alteri per obitum col-  
 litigantis, cujus jus lite pendente est dubium: per quam conferendi  
 prohibitionem antequam fuerit lis decisa cum superstite, subrogatio-

nes in locum juris & litis defunctorum sunt prohibita: Quia beneficii litigiosi per mortem vel renuntiationem alterutrius litigantium prohibita est impetratio. *d. c. 1. & 2. eod. in 6.* ut & secunda electio, non cassata prima, est invalida. *c. consideravimus. de elect.* maxime quando litigatur de prima. Ratio: Nè cedentibus vel decedentibus litigantibus propter adversarios novos, qui interdum malitiose petitoribus subrogantur; contingat litigia in dispendium Ecclesiarum prorogari. *d. c. 2. ut lite pend. & c. in 6.*

6 Sanè, si ad defensionem litis aliqui, licet non subrogati, petierint se admitti, ii in eo statu, in quo litem invenerint, admitti possunt: modo eorum interfit. *sec. d. c. 1. & 2. eod. in 6. Petr. Gregor. d. loca, n. 27. Dantis d. loca. vers. sequestrato.*

## TITULUS III. De Subrogatione litigantium.

### SUMMARIA.

1. Subrogationes litigantium licet regulariter prohibita certis tamen casibus fiunt.
2. Ante earum postulationem solet peti *Manus levatio.*
3. Quando impediri ea possit.
4. A quibus impetrentur Subrogationes.
5. Subrogationes permit-
- tit *Regula Cancellaria, sed certo modo.*
6. *Innovata postea.*
7. *Quae requirat.*
8. Subrogationes aliquando impetrant Tertii: si non potentiores.
9. *Qui hi.*
10. In Gallis circa Subrogationes quid obtineat.
11. *Pe.*

Corvinus  
De Personis  
et Benefic. Ecclesiast.

G IV.  
32

11. *Petenda subrogatio qui possidebat. intra annum.*  
 12. *Quapropter exhiberi debet Titulus.*  
 13. *Siquidem petatur Subrogatio in locum ejus,*  
 14. *Ab observatione anni qui excusentur.*  
 15. *Subrogationi impetratae quis effectus.*

**S**unt tamen certi casus, in quibus prohibitione dictorum capitulorum, c. 1. & 2. *Ut lite pendente in 6.* non obstante fiunt *Subrogationes.*

Sed solent Litigantes superstitibus antequam *Subrogationes* postulentur, per libellum supplicationis judici porrectum, illam, quam præcedenti titulo diximus *Manus levationem* petere.

Impediri potest, si tertius adhuc sit collitigans; & tum uterque suum producit titulum; iis visis, Curia adjudicat apparentiorem habenti *Rebuff. tit. de subrogat. num. 39. Petr. Gregor. rer. benefic. Inst. cap. 40. num. 27.*

Impetrantur *Subrogationes* vel à Collitigantibus superstitibus, vel ab aliis post mortem, cessionem vel vacationem inductam ipso jure & facto; ut per *matrimonium, Simoniam, aliumve modum.*

Ut fiat *Subrogatio* permittit Regula Cancellariæ *de Subrogandis Collitigantibus*, à Papa Joanne XXIII. prodita: non absolute, sed certo modo: Nempe vult Neminem ex Collitigantibus posse subrogari in beneficio vel ad jus Collitigantis vacans per ejus obitum, aut alium modum; nisi prius Auditori causæ, de collatione sibi facta vel alio titulo colorato docuerit, aut saltem juraverit ipsum non malitiosè, nec fraudulenter, sed purè & bona conscientia litrem illam inchoassè, & ipsi Auditori hoc ex verisimilibus causis vel conjecturis visum fuerit.

Cui Regulæ idem Papa postea addidit: Quod subrogatus in jus Collitigantis præferatur alteri non Collitiganti habenti provisionem sub eadem data. Quod & voluit servari in Gratia, *Si neutri.*

Priorem regulam innovavit Martinus V. & edidit aliam; per Priorem regulam innovavit Martinus V. & edidit aliam; per

quam statuit Subrogationes vel gratiam *Si neutri*, ad beneficia, vel ius Collitigantis non valere, si apparuerit ipsas impetrationes cum pura & nova supplicatione possessorem ipsum in causam traxisse; quastanquam fraudulenter & dolose obtentas, irritas decrevit & inanes. *Dart. d. loco, vers. est q. cum seqq. Petrus Gregor. d. loco, & num. post Gomes. in prefat. ad d. regul. de subrogandis litigantibus.*

7 Requirit ea Regula plura: *Primum*: Ut Collitigans, qui subrogari vult in locum Collitigantis, coeperit iuste vel saltem colorate litigare: nec enim subrogabitur intrusus. *Gomes. ad d. regul. qu. 1. 10. & 17.*

*Secundo*: Ut is qui subrogatur sit Collitigans ejus, cuius in locum subrogari cupit. *Gomes. d. loc. quast. 12. Dart. d. loco, vers. plura.*

*Tertio*: Ut is in cuius locum fit Subrogatio potuerit inquietari vel molestari. *Dart. d. loco.*

*Quarto*: Ut is qui subrogatur quasi Collitigans, non impetaverit Beneficium viventis quò postea subrogari posset in ejus locum. *Dart. d. loco, vers. quarto.*

*Quinto*: Ut Collitigans, qui obtinuit jus per renuntiationem vel aliter, faciat se subrogari intra mensem (computandum à die obtus vel ejus notitiæ; *Gomes. qu. 10. Rebuff. ad d. regul. Gloss. 6. ex c. quia de veritate. de concess. prebenda.*) ad effectum ut praeferatur aliis non Collitigantibus impetrantibus beneficium per mortem vel cessionem, vel alio modo. *Dart. d. loco. Petr. Gregor. d. loco.*

8 Alius etiam interdum quam Collitigans in locum Collitigantis impetrat *Subrogationem*; sed non secundum juris communis dispositionem; Illa enim id prohibet: c. 1. & 2. *ut lit. pend. in 6.* sed ex dispensatione, hujus in impetratione mentione facta, & derogatione adhibita Regulae de subrogandis Collitigantibus: & adhibita clausula: *Dummodo non fiat cessio in potentiorum*: videlicet ne cogatur Collitigans vi & metu potentioris subrogati cedere liti & beneficio. *Dart. & Petr. Gregor. ad locis, post Gomes. d. loco, qu. 1.*

9 Potentior hic dicitur Cessionarius qui est Superior, vel in superioritatem Collitigantem jurisdictionem habens. *Innoc. & Hostiens. in c. 2. de alien. judic. mut. caus. fact.*

20 At in Gallia, cum jura de Subrogandis Collitigantibus non ser-

ventur,

Corvinus  
De Personis  
et Benef. Ecclesiast.

G IV.  
32

ventur, & propterea siue moriatur Actor, siue Reus, statim conferatur per Ordinarium vel Pontificem Romanum Beneficium alteri; *contra dictum titulum, Ut lite pend. nihil innov. in 6. & Clem.* atque sic lis possit per novos adversarios protrahi: facta tamen eidem cui collatum fuerat beneficium collatione vel ab Ordinario vel à Papa, is impetrabit literas Regias, ut earum vi surrogetur in jus & instantiam defuncti vel cedentis. *videant. Rebuff. ad d. §. declarantes. in verb. successores. tit. de Mandat. Apostol. Rufseus in tract. jur. Regalior. §. privileg. Dartis d. loco, vers. dixi. Petr. Gregor. d. loc. & num. in fin.*

Est hæc Subrogatio & litis conjunctio petenda intra annum à die collationis factæ computandum: Cum Interdicta quæ sunt de possessione, sint annalia. *l. 1. ff. de Interdict.*

Adeo, ut not. *Rebuff. ad d. §. declarantes. in verb. successores.* ut non possit morosus per literas à lapsu anni vel biennii, allegando causas, non petitionis, relevari: Eò quod possessio sit momentanea. *c. 1. de cass. poss. & propr. l. un. Cod. si de moment. possess.*

Quare petens se subrogari, exhibere debet titulum; ut num. *ve. 12* niat intra annum, pateat. *Gloss. Gemin. & Doctor. ad d. c. 2. Ut lite pend. in 6.*

Intelligendum tamen hoc, si quis velit subrogari in locum ejus qui possidebat, nempe in jus & possessionem: aliàs etiam subrogatio, in locum ejus qui non possidebat, post annum peti potest. *Petr. Greg. d. cap. num. 28. vers. Quod tamen. Qui sic decisum dicit Parisiis Anno 1543. Jan. 11.*

Hinc, si sit controversia de beneficii jure, cujus facta fuerit collatio, Collatori vel aliis fructibus reservatis; non consideratur annus, ut subrogationi necessarius; cum Collatio, deductis fructibus facta, non faciat verè beneficii possessorem. *c. s. propter. de rescript. in 6. c. si tibi concessio. 26. de prabend. in 6.*

Excusant etiam dilationem ultra annum impedimenta justa; quæ & excusant, quominus quis non fuerit adeptus beneficii possessionem. *c. commissa 35. de elect. in 6.*

Multò magis excusabitur is qui literas subrogationis faciendæ impetravit intra annum, quas justâ causâ impediente, eo anno executioni

tioni demandare non potuit. *Ut dicit decisum in Senatu Parisensi II. Aug. 1541. Petr. Gregor. d. loc. num. 28. in fin.*

15 Subrogatus dicto utroque subrogationis genere succedit in omne jus quod defunctus, vel is qui renuntiavit, habuit. *Dartis d. loco & vers. circa fin.*

## TITULUS IV.

## De Sententia in causis beneficialibus.

## SUMMARI A.

- |  |  |
|--|--|
| 1. <i>Continuatio.</i>   | 5. <i>Pacificum possessorem facit possessio triennalis à Recredentia.</i>  |
| 2. <i>Procedunt iudices summarie.</i>  | 6. <i>Quando sententia in causa beneficiali transeat in rem judicatam.</i> |
| 3. <i>Sententia sua vel conservant possessionem ei qui Recredentiam impetravit, vel adimunt.</i> | 7. <i>Qualiter in ea iudex sententiam ferre debeat.</i>                    |
| 4. <i>Dat enim Recredentia jus conditionale.</i>   |  |

1 **E**xpeditis possessionis momentanea controversiis, & retinenda vel recuperanda possessionis Interdictis, ad plenam pervenitur Titulorum probationem; agiturque de illis que vitare possunt Titulum, & procedunt iudices ad decidendum plenum possessorium.

2 Observant, ut supra dictum, dilaciones breviores, & quantum patitur veritatis indagatio summarie, & de plano, sine iudicii strepitu & figura procedunt. *juxta Clem. dispendiosam. de iudic. Quam, ut & diximus, explicat. Clem. sepe. de verbor. signif.*

3 Postea sequitur sententia: Per quam vel ei qui jam fiduciarium ob-

Corvinus  
De Personis  
et Benef. Ecclesiarum

G IV  
32

obtinuit, seu qui habuit *Recredentiam*, conservatur possessio, adversario ad litem sumptus condemnato: vel ei, cui momentanea erat concessa, adimitur, cognitione postea exactiori sequuta de adversarii jure meliori. *Petr. Gregor. Inst. rei benefic. cap. 40. num. 29.*

Nec enim *Recredentia* dat jus plenum, sed conditionalem tantum possidendi causam, puta si in sententiâ restitutionem faciendam fuerit dictum, *fiat*: neque idèò pacificum facit possessorem nec impedit petitorium. *Rebuff. tract. de pacific. possess. num. 166. fac. l. un. Cod. si de moment. possess. fuerit appellat. Petr. Greg. d. loc.*

Pacificum possessorem, contra alios quam Collitigantes facit possessio triennalis à *Recredentia*. *arg. l. loci. §. pen. ff. si serv. vindic. fac. l. Fulcinus. §. sed illud. ff. ex quibus caus. in poss. eat. Rebuff. d. tract. num. 167. Petr. Gregor. d. loco num. 29.* Imò & contra Collitigantes; ut servat Praxis Gallica. *Rebuff. d. tract. §. num. Petr. Gregor. d. loco. Imò & postquam obtinuit super pleno possessorio.*

Sic enim & jure Canonico est receptum valere sententiam contra jus litigatoris latam, si intra tempus à jure definitum, non fuerit remedio juris vel appellationis usus. *in c. cum inter vos. 13. in fin. de sent. & re judic.*

Et est iste casus, in quo propter regulam Cancellariæ de Triennali possessorio, quæ jus facit, Sententia in beneficiis transit in rem judicatam.

Notabile, quod quidem sententia in causâ beneficiâ, respectu ejus, contra quem, etsi injustè, fertur, faciat jus, & transit in rem judicatam; *d. c. inter vos. 13. si ab ea non appellatum, & gloss. in Clem. fin. ad verb. postquam. Ut lite pend. vel appellatum, sed appellatio deserta; Clem. sicut. & Clem. si appellationem. de appellat. c. cum dilectus. 32. in fin. de elect. c. cum alim. 7. de dolo & contum.* In foro pura contentioso; in quo tantum judicatur de manifestis, *c. 1. Ut Eccles. benefic. sine diminut. confer & talia censentur, quæ judicata sunt per sententiam: c. fin. de cohob. Cleric. & mulier. c. vestra. 7. eod.* In foro tamen conscientia, si is, pro quo sententia lata certò cognoscat sibi beneficium esse injustè adjudicatum, illud nullo tempore conscientia salvâ retinere potest: Cum beneficium obtineri non possit sine institutione canonica, *c. 1. de reg. jur. in 6. &*

[Z z z]

senten-



sententia iudicis non dederit illi jus, sed tantum declaraverit jus beneficii ad eum pertinere; *c. forus, 10. de verb. signific. l. sicut. §. & si quidem. ff. si servit. vindic. & beneficii institutio non pertinent ad iudicem de titulis cognoscentem, sed Episcopum conferentem. c. cum & plurimare. 3. de privileg. c. cum ex inuncto. 12. de heretic.*

7 Ferre debet Iudex sententiam in controversiis de beneficiis, *sec. Cosmam. Guincier. ad §. ordinarii. ad verb. inquirant. de pacific. possess. quem sequit. Petr. Gregor. d. loc. & num. 29. vers. docet Idem. post not. per Dd. ad. c. mandatum de rescript. Sic: si fateatur Reus juris sui defectum, & steterit in meris & puris defensionis terminis, nihilque prober de suo titulo Actor, à petitione tantum absolvet Reum: *sec. reg. l. actor. 23. Cod. de probation. nihilque pronuntiabit, contra Actorem: Ratio in l. ut fundus. 18. ff. com. divid. l. fin. ff. de fideicom. libertat. c. licet. 31. de Simonia. Rota decis. 120. incip. Actore nihil probante. in Novis. Si Reus petierit pronuntiarum secundum titulum suum; Actorque institutionem suam declarari canonicam, & de utriusque nullitate constet iudici, utraque pronuntiare debet invalidam, & utrumque excludere à beneficio: *& sic insell. c. cum super. 4. de causis. possess. & propriet. Facta tamen in lite semiplena probatione per alterum ex litigantibus vel per utrumque, sufficiet absolvere utrumque à petitione alterutrius; Cum uterque in illa mutua petitione confirmationis sui tituli sit Actor. c. ex literis. 3. c. licet causam. 9. de probation. expensarum utrinque factarum compensatione facta: Vel Reum ab Actoris instantia absolvit; si quidem unus sit Reus, alter Actor: Possessorem tamen, cum pro eo presumatur, non removebit. l. fin. Cod. de rei vindic. §. commodum. Inst. de Interdict. Rota decis. 15. incip. Si in causa beneficii in Novis.***

Quod si neuter ex litigantibus possideat, & tamen sibi beneficium adjudicari petat, & uterque, aut eorum alter, prober semiplenam, nihil probante altero, pro neutro iudicabit Iudex, nec iuramentum suppletorium deferet: *c. mulieri. 34. c. fin. de iurejur. c. fin. de probation.*

Est & Iudicis, beneficium alicui ut debitum adjudicantis, possessorem ad restitutionem fructuum à tempore motu litis perceptorum, licet in libello non sint petiti, condemnare; *c. cum dilectus. 28. circa*

Corvinus  
De Personis  
et Benef. Ecclesiast.

G IV  
32

*circa fin. de jure patronat. c. cum causa. 22. in fin. de off. Judic. deleg. si quidem censetur possessor bonæ fidei; si non, ad omnium. l. conquirebatur. Cod. unde vi. l. certum. l. dominium. Cod. de rei vindic. l. sed si ante. ff. de petit. hered. Rota decis. 24. incip. Fuit dubitatum, utrum detentio. & decis. 25. incip. Ex quibus inferebatur. in Novis.*

Condemnabit etiam victum & Litigatorem temerarium in expensas: c. ceterum. c. fin. de rescript. c. ex literis. de dolo & contum. l. cum quem temerè. ff. de judic. l. properandum. §. fin. Cod. eod. utiles, & necessarias; Gloss. ad c. finem litibus. de dolo & contum. nisi justam litigandi habuerit causam. ut l. qui solidum. 78. §. etiam. 2. ff. de legat. 2. c. 1. in fin. de elect. in 6. & ibi not.

## TITULUS V.

### De Iudice competente Litis Beneficialis.

#### SUMMARIA.

1. *Competens Judex est* **tinus IX.**  
*Ecclesiasticus.* **4 Rectè.**
2. *In Gallia Judex Regius;* **5. Nisi agatur Interdicto**  
*sed quando.* **adipiscenda possessionis;**
3. *Probatum Papa Mar-* **6. Et in petitorio.**

**I**tes de Beneficiis de jure communi agitari debent coram *Judice Ecclesiastico*: c. 3. de foro compet. nullâ vel exiguâ factâ distinctione, num de possessorio agatur, vel de petitorio: sive ratione personarum Ecclesiasticarum contententium; sive beneficiorum, quæ fori sunt Ecclesiastici: Nec enim Judices Laici se immiscere debent de rebus Ecclesiæ; c. 2. de judic. c. cum Laicis. de reb. Eccl[esiasticis].

[Zzz] 2

*cles. non alienand. c. Ecclesia. de constitut. c. contingit. de arbit. can. bene quidam. dist. 96. c. 1. 2. c. quod Clerici. 9. c. si diligenti. 12. de foro comper. can. placuit. can. inoluta. 11. quast. 1. can. convenior. 23. quast. 8.*

<sup>2</sup> In Gallia tamen Judex Regius cognoscit de rebus beneficiis, si agatur Interdicto retinenda (*maintenue*, manutentionem vocant) vel recuperanda in causa spoliationis vel turbationis possessionis. *Guido Papa. decis. 1.*

<sup>3</sup> Quod Gallia privilegium seu usum, Papa Martinus IX. rescit pro suo, ut refert *Guid. Papa d. decis.* nominatim approbavit.

<sup>4</sup> Non mirum: quia cum agitur de possessorio vel quasi, competens iudex, etiam in spiritualibus vel beneficalibus causis est Laicus: *Joan. Andreas ad c. fin. de judic.* cum in iis possessorium videatur esse temporale. *Gloss. & Interpr. in c. literas, de juram. calum. & c. pen. & ult. de judic. Archid. ad c. 1. de restit. spoliator. in 6. Zabarella ad Clem. dispendiosam. de judic. Guido. Papa. cons. 78. incipit circa processum.*

Propterea in *c. causam que inter. 7. Qui filii sint legitimi.* Papa relinquit iudicium possessorium Regi Angliae.

<sup>5</sup> De Interdicto tamen adipiscenda, possessionis, Judex Secularis cognoscere non potest, quia illud iudicium, ut & alibi diximus, plus habet petitorii, quam possessorii. *Guid. Papa d. decis. 1. num. 3. Petr. Gregor. Inst. rei benefic. cap. 40. num. 10. in fin. Dantis de benef. tit. 12. vers. fin.*

<sup>6</sup> Ubi igitur non possessorium, sed petitorium iudicium instituitur in Beneficiis, in foro Ecclesiastico est terminandum, non Seculari: & sententia super pleno possessorio prolata à Seculari Iudice, litigantibus est liberum, adhuc super proprietate adire iudices Ecclesiasticos. *Dantis d. loco in fin. vide Rebuff. tit. de possess. beneficior. art. 7. 8. 9. & 12.*

F I N I S.

INDEX

Corvinus  
De Personis  
et Benef. Ecclesiarum

G IV  
32